



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Nec dubium est miranda aliquis porteta stupetes
 Turbato secum sic protinus ore locutos,
 Quis Deus a prisco deturbat cardine mundum
 Lege noua, variatque vices, & condita mutat:
 Nam si seruatur rebus natura creatis,
 Monstriferæ quæ causa viæ: quid denique restat
 Si mare transitur pedibus, nisi nauibus arua
 Sulcentur, cœlumque suo decurrat ab axe,
 In superos infernus eat, plaga feruida cœli
 Algeat, afflatam succendat scorpius vrsam:
 Hic quia confusus rerum subuertitur ordo,
 Meduce siccatum nemo descendet in æquor:
 Sic suspecta nouum quæ pandit semita calle,
 Frustra bellatur superis nolentibus, ergo
 Nunc abeant tantumque vagos sua monstra sequantur,
 Sed quo dementè rapit hæc sententia mentem:
 Ergo ne sublati plebes Hebraica secum
 Diuitijs abeat: num sic spoliata Canopus
 Impunes vltro permittat abire latrones:
 Quin illos igitur lymphis sectamur apertis:
 Hæc ardens versat cum seditione tumultus:
 Instantisque latens vrget sententia lœti,

Caput